



**Francisci Monacelli Eugubini J. U. D. Protonotarii  
Apostolici, olim Ecclesiæ Venusinæ, ac deinde Æsinatis  
Vicarii Generalis, &c. Formularium Legale Practicum Fori  
Ecclesiastici**

In Quo Formulæ Expeditionum usufrequentium de his, quæ pertinent ad Officium Judicis nobile, continentur ; Opus Episcopis, Vicariis Generalibus,

Aliisque Iurisdictionem quasi Episcopalem exercentibus: necnon Confessariis, Parochis, Cancellariis, cæterisque in dicto Foro versantibus,  
apprimè utile ...

In qua præter formulas Declaratoriarum Censurarum, ponuntur aliæ formulæ, tum Citationum, ac Monitionum pro validitate processuum requisitarum, tum Decretorum, aliorumve actuum ad opportunitatem, & ornatum materiæ incidentium; acceditque in calce Appendix miscellanea, plura, ad Gubernium ...

**Monacellus, Franciscus**

**Venetiis, 1709**

De sententia excommun. contenta in c. Si quis suadente 17. quæst. 4.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62433](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62433)

Et specie , habet vim trinæ monitionis, ut probant relati à Passerin. *de stat. hom. to 2. qu. 187. art. 2. n. 224. vers. Prælatus enim.* Ideoque si Synodo non parerent , posset absque alia monitione contra delinquentes procedere , & eos punire , cum ignorantia Synodalnis statuti non sit allegabilis, dum in loco fuerit publicatum , Graff. dec. aur. par. 1. lib. 4. c. 9. num. 15. Tusch. litt. I concl. 20. n. 22.

*De excommunicat. contenta in c. si quis suadente Diabolo 17. quæst. 4.*

### EXCOMMUNICAT. VIII.

#### S U M M A R I U M .

- 1 *Moniales se invicem , vel Conversas , vel Clericos percutientes , censuram Canonis , si quis suadente 17. qu. 4. incurrit .*
- 2 *Moniales incurse in censuram d. canonis , ab Episcopo absolvuntur , quamvis percussio sit enormis .*
- 3 *Monialis , quæ passa est se violari , si procuret abortum , an censuram canonis , si quis suadente incurrit , ostenditur , & n. 5.*
- 4 *Clericus , qui animo irato , & injuriosè percutit se ipsum d. censuram incurrit .*

#### A D N O T A T I O N E S .

**D**E hac censura actum fuit suprà in *tit. de excom. ad for. 1.* in quam moniales se invicem , vel Conversas , aut Clericos percutientes incurrint : quia sub nomine Monachi comprehenduntur ad hunc effectum omnes Religiosi utriusque sexus , etiamsi adhuc sint Novitii , c. non est de sent. excom. Eccl. Religioso 21. §. Quamvis eod. tit. in 6. Bellet. disq. cler. par. 1. de favor. cler. can. §. 1. n. 31. & 35. Pirhing. in jus can. I. 5. tit. 39. n. 49. & 50. possunt tamen premissis salutaribus penitentiis magis , & minus gravibus juxta percussionis qualitatem , ab Episcopo absolvvi , etiamsi percussio esset enormis , c. de monialibus 33. de sent. excom. Bellet. loco cit. §. 3. n. 4. ubi facultatem hanc ampliat ad Moniales exemptas .

Dubium hic oriri potest , scilicet , an Monialis , quæ se violari passa est , & postea potionē pharaci , aut scissione venæ , procurat proprium concepti fœtus abortum , in excommunicationem hujus canonis incidat ? Pelizar. super dubium , hoc refert in d. c. 8. n. 34. vers. addo sententiam Cajetani putantis , non incurrere , & aliorum DD. qui contrariam sententiam affirmativam sustinent , quam ipse vocat probabiliorem . Ego autem teneo , quod opinio Cajetani possit sustineri : quia licet Clericus , qui animo irato , & injuriosè percutit se ipsum , hanc excommunicationem incurrat , ut de magis communī volunt Barbos. in e. contingit 36. de sent. excom. Bellet. disq. cler. de fav. cler. can. §. 1. num. 14. Bonac. de censur. in commun. disput. 2. quæst. 4. punct. 2. num. 7. adhuc tamen in isto casu talis maxima in se ipsam injectio , non videtur temeraria , & injuriosa , cum non proveniat ex ira , vel odio vitæ , ut requirunt DD. citati , sed fit ad defensionem proprii honoris , ad vitandam infamiam . Quare sicuti pro defensione vitæ licitum est clericum aggressorem repercutere , & etiam occidere sine incurso excommunicationis , ut suprà suo loco probatum fuit : ita ad tuendum honorem , qui est defendendus sicut vita , ut ait Medic. tom. 2. tract. de Opusc. opusc. 3. num. 19. poterit Monialis vénam scindere , & fœtum etiam animatum , qui honorem vult tollere , interficere absque excommunicationis hujus canonis incursu ( quidquid sit de peccato , quod certum est incurri : & quidquid sit an aliam Censuram contentam in Bulla Sixti V. 87 incurrat , de qua affirmit Graff. dec. aur. par. 1. lib. 5. cap. 63. n. 18.) quia infamia propria in hac re gravi æquiparatur morti , & præponitur cuicunque præcepto juris positivi . Medic. ibid. n. 19. & de regular. jur. par. 2. reg. 1. num. 50. & in punto Nicol. lucubr. can. lib. 5. tit. 39. n. 153. limit. 22.

De